Ozias amator agriculture. cū sacerdociū sub ea usurpasset. percussus est lepra. et media pars montis scissa: ortos regales oppressit. Sub eo pphetare cepit ysaias. Osee. Johel. et Abdias. scdm quosdam.

Zacharias ste percussus est a sellū filio iabes seruo eius. et regnauit pro eo.

Zacharias. vj. m. — Sellum. i. m. — Manahen. x.

Sellum hunc occidit manahen filius gaddi de thersa. et regnauit pro eo.

Manahen percussit tharsam quia noluerunt ciues eius aperire ei. qui datis mille talentis argenti regi phul ut ab eo recederet: dona falsorum uitulorum. iram eius in se prouocauit.

Sadoch. — Naum. pphā. — Micheas. pphā.

Ioathan edificauit portam domus dni que speciosa dicitur. ab hebreis: porta ioathan. ab alijs: turris gregis. Sub eo ysaias uidit dnm sedentem. et naum cū michea cepit prophetare.

Eliezer. — Ioathan. xvj. — Facea. ij. — Facee. xx. — Abdias pphā ut obed.

Facea interfectus est a facee filio romelie i samaria i conuiuio.

Sellum. — Abisa uxor achaz filia zacharie. — Achaz. xvj.

Achaz filiū suū beennon trāsiecit. obsessus a rasyn et facee. ysaie consulenti credere noluit. signū querere contempsit. qui relicto deo. et spe posita in teglaphalasar rege assiriorū. ornamenta templi diruit. clauso templo ne intrarent sacerdotes. Sub eo roma condita est. Et ysaias omnis babilonis uidit.

Facee non restitit teglaphalasar quin captiuaret duas tribus et dimidiam. et de tribu zabulon et neptalim. equipollens dimidie tribui. qui percussus ab osee filio hela interiyt.

Jhesu. — Ezechias. xxix. — Sine rege. — Osee. ix.

Ezechias aperto templo. et reno...

Sellum.

... nomini ... ligium querere contempsit. qui relicto deo. et spe posita in teglaphalasar rege assiriorum. ornamenta templi diruit. clauso templo ne intrarent sacerdotes. Sub eo roma condita est. Et planctus omnis babilonis incipit.

Ezechias aperto templo. et reparatis hiis que pater eius dissipaverat. comminuto serpente eneo. celebrato solempni phase. cum contumeliam rapsace audisset. coram domino humiliatus. per ysaiam signa liberacionis a sennacherib. post tercium annum facta strage per angelum: suscepit et credidit. Cum laudibus non solutus egrotans: signo sanitatis in regressu solis ab ysaia ostenso credidit. et sanatus: nuncium recepit. qui ostensis thesauris domus domini babiloniis. ab ysaia redargutus. in pace obiit.

Manasses cum ysaiam serra lignea diuinis exhibitis miraculis secuisset. et plateas ierusalem sanguine purpurasset. tandem intelligens nequiciam suam. non sine grandi admiracione: uitam in melius mutauit.

Helchias pater ieremie.

Amon faciens malum interfectus est a seruis suis in domo sua. quos interfecit populus. et fecerunt iosiam regem.

Olda prophetissa. Sophonias propheta. Ieremias propheta.

Istum ioachaz qui fuit filius iosie medius. constituit populus regem. quem amouit rex egipti pharao nechao: mittens in carcerem. et constituit pro eo regem fratrem suum primogenitum eliachim. et mutato nomine: uocauit eum ioachim faciendo eum sibi tributarium.

Azarias. Baruch propheta. Urias propheta.

Iechonias primus. uel ioachim. ciso libro prophecie baruch scisso. cum nec exemplo rechabitarum fuisset commonitus. soluto tribus annis nabugodonosor tributo: ab eodem tandem interfectus est. et extra muros proiectus.

Ezechiel propheta.

Iechonias secundus consilio ieremie tradidit se in manus nabugodonosor redemptus. cum quo circiter decem milia transmigrauerunt. In quorum numero fuit ezechiel cum daniele et tribus pueris.

Saraias.

Sedechias qui prius mathanias dictus est. base figuli non infirmatus. morte amisse in oculis reatorum preteritus. audita epistola contra ieremiam directa. nec uisione fictum. nec contricione laguncule terrefactus. nono anno a nabugodonosor est obsessus. Quo recedente. et regem egypti fugante. ieremias reuersus. et de asino in arcere detrusus. redeunte ad obsidionem nabuzardan. agro uendito. dum mala solutus regi prophetaret: in lacum missus. ab eunucho liberatus: uia prophetare regi non cessauit. qui nocte fugiens: in campis iericho comprehensus. capta ciuitate. xi. anno. ieremias relicto libero. et godolia reliquiis prefecto. in babilone cecus ductus. ignominiosa laracione ibi mortuus est et sepultus. In eodem sedechia terminatum est regnum iudeorum. in quo sedem iosaphat regnatum est annis .d. xiii. et mensibus .vi. et diebus .x. Sedem uero liberi regum: non plene .d. Ab edificacione templi: fluxerant anni .ccc. lxxx. et .vi. menses. et dies .x. Ab egressu populi de egypto: anni .d. lxiii. et menses .vi. et dies .x. Et fuerunt in eo reges a dauid .xxi. Deinceps uero fuit cura rerum gerendarum sub sacerdotibus in reditu a captiuitate. nisi quod circa christum: pauci fuerunt reges. qui inferius post sacerdotes sunt annotati.

Istum salatiel non sedechias sed iechonias minor genuit post transmigracionem babilonis.

Iosedech.

Iesus.

Darius filius idaspis zorobabel soluenti parabolam de uino. rege et muliere. et pro ueritate uincenti datis. secundo anno regni sui concessit templum consummare. quod septimo eius anno est consummatum. et .xxiii. die duodecimi mensis est dedicatum.

Eliachim uel ioachim.

Sub artaxerse neemias accepta epistola delegacione. in ierusalem redit. muros cum sex portis inferius annotatis: in angustia construxit. populum ab usuris liberauit. ignem nouum de stipitibus absconsis a ieremia: suscepit. legente esdra in cenophegia. ieiunio. xxiii. die statuto. populum ad audiendam legem quater in die et quater in nocte conuenire fecit. decimo capite in ierusalem retento: ad celebracionem sabbati populum induxit.

Elisaphat.

Iudas.

Tria templa legimus in scriptura fuisse facta. Primum: templum domini in ierusalem. factum a salomone. Secundum: in monte garizim. factum a manasse fratre iaddi summi pontificis. tempore darii. Tercium: in ciuitate heliopoleos. factum ab onia patre symonis. tempore antiochi magni. Templi uero domini tres dedicaciones legimus. primam a salomone factam in autumpno. decima die septembris. Secundam in uere. xxiii. die .xii. mensis sub dario idaspis filio. a iesu filio iozadec factam. Terciam. xv. die mensis casleu. i. decembris. a iuda machabeo factam in hieme. unde in euangelio. facta sunt encenia in ierosolimis et hiems erat. Et hoc factum est tempore antiochi epiphanis.

Iohannes. Ihesus.

Iaddus. Manasses.

Reges egipti.

Onias.

Ptholomeus filius lagi sub simulacione sacrificandi intrans in ierusalem: multos de iudea et garizim captiuos reduxit.

Septuaginta interpretes.

Symon iustus.

Eleazarus.

Ptholomeus philadelphus cupidus librorum. consilio demetrii et aristei solutis centum uiginti millibus iudeorum. singulis pro .cxx. dragmis argenti. missis in muneribus ad oblaciones in templum.

Manasses.

Onias.

Ptholomeus filius lagi. Ptholomeus philadelphus. Ptholomeus euergetes. Ptholomeus philopator.

Mathathias. Sadoch. Semei.

Melchi in samaria in commune.

Sine rege .viii. Osee .ix.

Achaz non restitit teglaphalasar cum captiuaret duas tribus et dimidiam. et de tribu zabulon et neptalim. equipollens dimidie tribui. qui peccatus ab osee filio hela interiit.

Tempore osee regis israel licet dedisset licenciam iudeis eundi ter in anno in ierusalem: captiuate sunt decem tribus a salmanasar rege assiriorum. inter quas thobias cuius hystoria est notata captiuatus est simul cum osee. obsessa tribus annis samaria. cutheis. uel iacobitis. uel samaritanis impleta. Qui ob timorem leonum. lege dei recepta: non abiecerunt ydola. Misit tamen ad eos salmanasar sacerdotem: qui doceret eos legem domini.

Post sardanapallum regem assiriorum ultimum monarcham. uictum ab arbace medo et semetipsum conuerementem: regnauerunt in assiria phul et alii per ordinem sequentes. qui recuperande dignitatis causa: bella sustinuerunt reuersi. usque ad ezechiam regnauerunt. quando sennacherib a iudea in assiriam deuicto exercitu profugus. a filiis in templo est interfectus.

Coniuges. Thobias. Anna.

Coniuges. Raguel. Anna.

Thobias. Coniuges. Sara.

Iosias in uento deuteronomio in archa preteritus. ad responsionem olde humiliatus. ydolatriam cum excelsis destruxit. ossa pseudo prophetarum et sacerdotum in bethel combussit. Qui celebrato incomparabili phase. cum pharaonem nechao in mageddon occurrisset. sagittatus ab ademon rege insolabiliter plangebatur. et a ieremia super morte eius scribente lamentaciones. qui .xiii. regni eius anno: cepit prophetare per uirga uigilantem. ollam succensam. et lumbare.

Reges babilonie.

Merodach baladan.

Merodach baladan fuit primus rex babilonis famosus. qui honorauit ezechiam. cuius nuncii ezechias ostendit thesauros domus domini. pro quo peccato semper postea reges babilonis infestauerunt regnum iuda. ut nabugodonosor et alii qui per ordinem sequuntur usque ad balthasar qui fuit ultimus. et tunc translatum est regnum ad medos et persas. Et isti septem nominati a merodach baladan usque ad balthasar: fuerunt reges chaldeorum. qui quamuis gestis insignes. tamen in numero regum.

Nabugodonosor .i. Daniel propheta.

Nabugodonosor primus captiuitatis duabus tribubus. reliquias israel godolia mortuo: in consummacione regni tulit de egypto. qui postea cum feris habitans .vii. mensibus. prece danielis in pristinam formam septem annis penitens: est restitutus.

Nabugodonosor .ii.

Nabugodonosor secundus ortum qui suspensilis dicebatur plantauit propter uxorem suam que medeam unde orta erat: uidere uolebat.

Euilmerodach.

Euilmerodach frater minoris nabugodonosor. timens ne pater eius reuiuisceret ut prius. et ne a regno eum expelleret. ad consilium ioachim quem de carcere eleuauerat: cadauer patris sui in .ccc. partes diuisum .ccc. uulturibus dedit.

Regusar. Labosardach. Balthasar. Abacuch propheta.

Sub isto balthasar liberata est susanna a calumpnia sacerdotum per danielem. et ipsi lapidati sunt. sub eodem daniel .lxx. sacerdotes furtum oblacionis belis comedentes occidit. bel et templum eius subuertit. draconem massa picea ex adipe et pilis cocta suffocauit. propter quod in lacum missus. ab abacuch de iudea in babilonem translato: uisitatus est. et liberatus.

Reges persarum.

Darius rex medorum et babilonis.

Cyrus occiso balthasar. regno babilonie ad persas translato. primo anno excitatus scriptura ysaie. licenciam dedit iudeis redeundi. Cuius tercio anno egressi sunt .l. milia. hortante aggeo et zacharia. sub iesu et zorobabel. qui .xxx. annis cyri impedientibus finitimis gentibus. uix usque ad appodiacionem: muros templi edificauerunt.

Cyrus rex persarum. Aggeus propheta. Zacharias propheta. Iudith.

Cambises qui et nabugodonosor.

Cambises qui et nabugodonosor dictus est. septem annis quibus monarchiam orientis optinuit. sub patre enim uiuente .vii. annis prius regnauerat: templum prohibuit edificari. Hic cum uellet se in israel fieri et ubique pro deo adorari: iudith cum abra holopherne eius principe in obsidione bethulie capite truncato. achior proselito facto. israel liberauit. et canticum cecinit.

Hermandes magus. Darius filius idaspis. Xerxes. Artaxerses longimanus. Esdras sacerdos. Malachias propheta. Neemias.

Xerxes. Sogdianus.

Tempore artaxersis qui et longimanus. esdras bibliotecha reparata: rediens in ierusalem cum .ii. decem. absoluendi leuitas a tributo. et sumptus a principibus accipiendi. potestatem quoque principes amouendi et substituendi a rege accepit. Idem alienigenas mulieres a consorcio iudeorum eiecit.

Darius nothus. Assuerus uel artaxerses. Hester regina.

Assuerus post conuiuium deliciarum. uasthi expulsa. hester introducta. mardocheo honorato. aman suspenso. decretum de nece iudeorum dolose datum: nouis litteris in capita hostium conuertit. propter quod adhuc festum phurim celebrant. in memoriam cedis facte. xiii. die. xii. mensis. et conuiuii celebrati. xiiii. uel. xv. die in susis. ubi duobus diebus uacauerunt occisioni. Eodem tempore aristotiles audiuit platonem.

Ochus qui et artaxerses. Arses minus. Darius qui et arsames. Vagosus.

Ochus suggestione uagosi prefecti cuius familiarem ihesum iohannes interfecerat: tributa per esdram dimissa repeciit.

Dario isto ab alexandro deuicto: sanaballa prefectus darii in partes alexandri transiens. templum in monte garizim edificare manassi fratri iaddi summi pontificis qui eius filiam duxerat impetrauit.

Saraballa.

Regnum grecorum.

Alexander magnus.

Alexander translato ad se regno persarum. captis tyro et gaza. ierusalem iratus festinans. iaddum et ceteros sacerdotes cum honorifice sibi occurrentes: ueneratus est. Cumque post lectionem lecto daniele: tributum septimum annum dimisit.

Philippus rex macedonie. Antigonus rex asie. Seleucus nichanor rex syrie.

Antiochus sother. Antiochus theos. Antiochus galenicus. Seleucus ceraunos. Antiochus magnus.

quod iudeis concessit: samaritanis negauit. decem tribus oracione sua inclusit. Cum uenenis obeunte: quatuor hic annotati successerunt in regno. de quo uero duobus: plenius agit scriptura. propter iudeos quos afflixerunt.

Antiochus magnus tributa septimi anni et ministrorum templi a philadelpho relaxata. subiugatis sibi iudeis. prelo pro tore deuicto: renouauit. Ob cuius seuiciam ...

Antiochus epiphanes audita morte patris et nece fratris. cum esset obses rome clam egressus: receptus ...

Ptolomeus philadelphus cupidus librorum consilio demetrii et aristei solutis centum viginti millibus iudeorum singulis pro .c.xx. dragmis argenti missis in muneribus ad oblaciones in templum .lxx. interpretes ab eleazaro in alexandriam missos honorifice suscepit. Et post interpretacionem .lxx. diebus factam muneribus honoratos remisit.

Sub symone pontifice ihesus filius syrach librum sapiencie qui ecclesiasticus vel panaretos dicitur composuit. De quo symone ibi mencionem facit.

Alchimus a demetrio pontifex factus. inde machabeo tempus infestus. dum muros domus sancte et opera prophetarum destrueret: paralisi percussus decessit.

Mathathias sacerdos in modyn. interfectis nunciis antiochi epiphanes. cum quinque filiis suis et aliis deum diligentibus in arcubus latens. iudeos diebus sabbatorum pugnare docens: leges paternas restituit.

Iudas machabeus apolonio. seron. tymotheo. nichanore. gorgia. et lisia superatis: templum tribus annis prophanatum .xv. die decembris factus sacerdos emundavit octo diebus. Qui per se et ionathan galaaditides. et per symonem galileos liberavit sub iosepho et azaria custodibus ierusalem. duobus millibus cadentibus. postquam eupatori dextram dedit. accusacionem alchimi tolerans. caput nichanoris truncavit. postquam fedus cum romanis iniit. a bachide occisus interiit.

Ionathas persius nabutheis in ulcionem fratris. et post victoriam cum bachide inito federe. alexandro ei sacerdocium conferenti opem ferens. post etiam demetrio et antiocho adolescenti. a triphone in dolo ligatus est. et occisus.

Symon cum centum talenta argenti et duos filios ionathe triphoni pro ionatha tradidisset. spe frustratus. demetrio confederatus. arcem syon eiectis custodibus mundavit. Tandem ipse a ptholomeo duce in iericho dolo occisus. iohem hircanum filium suum: successorem habuit.

Iohes hircanus duobus de sepulcris david apertis: et antiocho ut ab obsidione ierusalem recederet .ccc. talenta dedit. et ut sedaret murmur populi de apercione sepulchri. De reliqua vero pecunia: xenodochia primus instituit. Iudeam uxori sue commendans: mortuus est. Istum iohem iosephus in tribus commendat. in religione sacerdocii. in strenuitate ducatus. et quia vir propheta erat.

Aristobolus matre occisa et tribus fratribus: diadema sibi imposuit. qui suggestione uxoris: antigonum fratrem suum interfecit. Et decursis .ccc. .lxxx. annis a sedechia quando regnum interruptum fuit: mortuus est.

Alexander crudeliter mille iudeos interfecit. qui obiens: uxori regnum reliquit.

Alexandra uxor alexandri regnum policens hircano filio suo: aristobolum alterum filium cum coniuge et filiis incarceravit. accipiens eos obsides: ne regnum sibi usurparent.

Hircanus a fratre suo aristobolo deceptus. ope arabum ad quos confugerat destitutus. a pompeio in sacerdocio confirmatus et a iulio cesare rex sine nomine constitutus. tandem gladio ptholomei apertus antigono fraternum: auribus mutilatus periit.

Alexander iste interfectus fuit antiochie a scipione cervici.

Alexandra ista filia fuit aristoboli. uxor ptholomei zarei. de quo suscepit ituram lisaniam.

Mathat qui descendit de david per nathan habuit uxorem que dicta est estha. de qua genuit hely. Mathat vero mortuo: mathan qui descendit de david per salomonem: eandem accepit uxorem. et genuit ex ea iacob. Et sic hely et iacob fuerunt fratres uterini. Sed hely ducta uxore: mortuus est sine semine. cuius uxorem accepit iacob. causa suscitandi seminis. et genuit ex ea ioseph. Et sic ioseph secundum legem fuit filius hely. et secundum naturam: filius iacob.

Antipater gentilis. ydumeus natione: quatuor habuit filios. quorum unus herodes ascalonita nomine: rex fuit in iudea cui data fuit in uxorem neptis hircani mariagnes. propter quam et regnum habuit. et se circumcidit. Qui post infantes pro christo occisos: septem annis regnavit. quibus dominus in egipto latuit.

Herodes ascalonita proselitus. rex constitutus iudee ab antonio et augusto per sosium. et quarto anno post in regnum introductus. De quatuor uxoribus suis hos habuit filios qui inferius notantur. Qui uxore sua mariagne occisa. innocentibus quoque pro christo trucidatis. filiis quoque suis antipatro. alexandro. et aristobolo interfectis. tandem miserabiliter mo

... templum septimum annum et ministros templi a philadelpho relaxata. subiugata sibi iudea. philopatore devicto: recommuit. Ob cuius sentenciam onias pater symonis in egiptum fugiens ad ptholomeum epiphanem. templum in regione heliopoleos. pleno prophetam complens plene construxit.

Seleucus philopator filius antiochi magni. eliodorum missum in ierusalem ad spoliandum templi erarium. a duobus iuvenibus in terfectum: ad preces onie vix vitalitatem recepit.

Demetrius sother filius seleuci a romanis rediens. alchimum cum lisia occidit. cum quo bachides in iudeam missus: in civitatem ierusalem multos strauit. Nichanorem manum inde occisum amisit. per bachidem: iudam occidit. negante sibi ionatha auxilium: licet ei multa promitteret. congrediente cum illo alexandro filio epiphanes occubuit.

Antiochus adolescens ionathe sacerdocium dans. a triphone volente regnare: in dolo occisus est.

... cesserunt in regno. de quo vero duobus: plenius agit scriptura. propter iudeos quos afflixerunt.

Antiochus epiphanes audita morte patris et nece fratris. cum esset obses rome clam egressus: receptus est in quibusdam civitatibus syrie quia libertatem pretendebat. unde et nomen accepit epiphanes. Qui mortuo fratre: pro eo regnavit. qui vendito sacerdocio. primum iasoni. postea menelao. gencium sibi nomina imponentibus. prepucia et ephebia ierusalem facientibus. oniam ab andronico suasu menelai occiso. egipto dolo percussa. ierusalem quoque percussit. de egipto tercium per nuncios romanorum expulsus. in templo ydolum iovis olimpiadis posuit. ad ritus gencium iudeos coegit. qui post ab elymaide turpiter expulsus. contra ierusalem tendens et confractus. licet sero peniteret: miserabiliter est mortuus.

Antiochus eupator bethsura capta. et dextra iudeis data de eorum legibus observandis: philippum de antiochia eiecit. Tandem ipse et lisias a suo exercitu ligati: precepto demetrii sother filii seleuci sunt interfecti.

Alexander filius epiphanes ope ionathe occidens demetrium. duobus insignibus regiis ionatham honorans. captis civitatibus suis a ptholomeo in dolo. et uxore sua: filia ptholomei demetrio data. a rege arabie ad quem confugerat: capite truncatus est.

Demetrius ab antiocho adolescente per triphonem ab arabia reducto: est devictus.

Triphon occidit dominum suum alexandrum. et ionatham machabeum. cum duobus filiis suis.

Antiochus ponticus fuit ultimus rex syrie qui in canone veteris testamenti continetur. facta est enim syria romanis tributaria. missus quidem ergo pompeius contra tigranem regem armenie. qui scaurum fecit presidem syrie. et tunc dissidentibus aristobolo et hircano a fautoribus hircani in ierusalem receptus. templum in quo se fautores aristoboli receperant: diruit. propter quod numquam postea fortunatus fuit. quia equos in porticibus templi stabulavit. Hircano quoque pontifice declarato: aristobolum cum filiis romam vinctum duxit.

Crassus omne fere aurum templi quod pompeius dimiserat: in sumptus parthice milicie tulit. unde aurum in os eius infuso: interiit.

Tempore cassii presidis syrie pugnavit iulius cesar cum pompeio. et post victoriam habitam: tribus annis et mensibus septem tenuit principatum. Tandem dolo bruti et cassii mortuus est. Nam ante eum sub consulibus res acta fuit annis .ccc.lxiiii. Et a tempore romuli: sub septem regibus .cc.xl. annis fuit imperium. Quibus exactis: successerunt consules usque ad iulium cesarem.

Et hic notandum quod tribus sacerdotalis et regia per diversa temporum spacia: erant permixte. Nam primo aaron pontifex uxorem habuit de iuda. elizabeth filiam aminadab. sororem naason. Postea pontifex ioiada uxorem habuit iosabeth sororem ochozie. que fuit filia ioram regis iuda. Et achaz rex iuda uxorem duxit filiam zacharie posthumi filii zacharie lapidati. nomine abisa. que fuit mater ezechie regis regis iuda. ut supra patet. Sic quoque de regali tribu simul et sacerdotali duxit beata virgo maria originem. De qua natus est ihesus qui vocatur christus. Et notandum est quod beata maria virgo mater christi natiuitate ex patre ioachim de tribu iuda. et ex matre anna: filia ysachar de tribu levi.

Hely et iacob fuerunt fratres uterini. ut hic in figura patet. Huius hely fuit levi avus. Cuius filius scilicet pater hely: binominus fuit. quia secundum lucam dictus est mathat. et secundum damascenum: dictus est melchi. Iste autem levi fuit attavus beate virginis marie. Qui genuit panteram et mathat patrem hely. qui panteram genuit barpanteram. et barpantera genuit ioachim. et ioachim genuit beatam mariam ut inferius patet. Isti enim hely et iacob unam habebant matrem scilicet estha. de tribu sacerdotali. sed quoto gradu attinebant beate virgini marie: hic non declaratur. Fuit autem illa estha: ava ioseph. quia mater iacob. Unde patet hic quod ioseph est quartus a levi secundum legem. et beata virgo maria secundum naturalem successionem fuit quinta.

Natus est dominus noster in bethlem iude anno ab origine mundi quinquies millesimo centesimo nonagesimo nono. nocte dominice diei .viii. kal. ianuarii. anno augusti cesaris .xlii. Regni herodis regis .xxx. Regnante tunc in britannia kymbelino rege. anno regni eius .v. littera dominicali .b. et numero aureo .ii.

Coniuges.

introductus. de quatuor uxoribus suis hos habuit filios qui interius notantur. Qui uxore sua mariagne occisa. innocentibus quoque pro christo trucidatis. filijs quoque suis antipatro. alexandro. et aristobolo interfectis. tandem miserabiliter moriens. archelaum sibi substituit.

Antipater

Herodes ascalonita · Phaleelus · Ioseph · Feroras · Salome

uxores herodis

Mathatha · Mariagnes · Dosis · Cleopatra

filij herodis

Archelaus · Aristobolus · Alexander · Antipater · Philippus tetrarcha · Herodes antipas

Herodes agrippa · Herodias

procuratores iudee et ierusalem

Componius · Marchus antonius · Annius rufus · Valerius · Poncius pilatus · Fratro vitellius · Felix · Festus

Archelaus post longa certamina cum fratribus ethnarchus primo factus. presumptione regni elatus. ob tyrannidem apud cesarem accusatus. in uiennam est in exilio relegatus. cuius finibus in prouinciam redactis. procurator iudee missus est componius.

Herodes agrippa uarietatem fortune sepe expertus. datus sibi tetrarchijs philippi. lisanie. herodis antipe. et quarta in iudea. in regem a gaio cesare promotus. ad uoluntatem iudeorum occiso iacobo. honores diuinos sibi passus exhiberi. tristem mortis sue nuncium bubonem accepit uel uidit.

Herodes antipas sub quo dominus passus est et iohannes decollatus. tetrarcha galilee factus. post longam concertationem cum archelao de regno. inuidens herodi agrippe regi iudee post passionem domini facto instinctu uxoris romam tendens. accusatione herodis agrippe in exilium lugduni est detrusus.

Tempore annij rufi mortuus est augustus cesar postquam regnauerat annis. lvij. et mensibus. vj. et diebus. x. ex quibus. xiij. uel. xij. antonius cum eo regnauit.

Ysachar · Ismeria

Barpatera

Anna · sorores · Ismeria

tres uiri anne

Joachim primus uir anne · Cleophas secundus uir anne · Salome tertius uir anne

Coniuges

Elizabeth · Zacharias

Johannes baptista

Coniuges

Joseph · Maria uxor ioseph

Coniuges

Maria cleophe · Alpheus

Coniuges

Maria salome · Zebedeus

Jacobus minor · Symon chananeus · Judas thadeus · Joseph qui et barsabas

Jacobus maior · Johannes euangelista

Christus natus · Christus puer · Christus passus · Christus resurgens · Christus ascendens

Apostoli

Petrus · Philippus · Andreas · Jacobus maior · Johannes euangelista · Thomas

Bartholomeus · Jacobus minor · Symon chananeus · Judas thadeus · Matheus · Mathias

Tiberius cesar successit augusto. qui ualerium misit procuratorem iudee. qui palam uendebat sacerdotium. primo annam amouens. hismaelem substituit. postea eleazarum anne filium. deinde symonem. tandem ioseph qui et caiphas dictus est. sub quo dominus passus est.

Tiberius cesar

Mathias loco iude substitutus est. super quem cecidit sors. cum ipse et ioseph fuissent electi. inter diem ascensionis et penthecostes.

Paulus · Barnabas · Mathias

Paulus et barnabas in antiochia per spiritum sanctum sunt segregati. xiiij. anno a passione domini. et ascendentes in ierusalem ad petrum et iacobum qui eis manus imposuerunt. xiiij. anno ad predicandum profecti sunt. Quibus postea separatis. paulus post longam predicationem romam ueniens. postquam. ij. annis in libera custodia sub nerone mansserat. xiiij. anno neronis passus est. eodem die quo et petrus.

tentis. | nanne.

ascen-
dens

essent. xiiij. anno ad predicandū pfecti sunt. Quib; post
ea separatis. paulus post longam predicatione romam
veniens. postquā. xij. annis ī libera custodia sub nero
ne manserat. xiiij. anno neronis passus est. eodē die
quo et petrus.

Chronology of History

English XV and XVI

Compendium